

Mensura <sup>av</sup> <sub>mens</sub> <sup>6wdi-</sup>  
mens.

Mensura *ἀνισωδιμετρῆς* (ex *ἀνίσω* inaequaliter, & *διμετρῆς* bipartitus &c.) est Melodia sive sonorum dimensio constans partibus duabus inaequalibus, depressione & elevatione: hanc, illam semel minore, illam hanc in valore semel maiore, competens Melodiis saltatoriis. Haec Perfecta & Imperfecta statui potest.

Perfecta *ἀνισωδιμετρῆς* est, quae concurrentibus & se invicem sequentibus pluribus tam Notis quam Pausis Brevibus, unamquamque earum integram mensuram ex signo circulari praefixo perficit, exceptam ultimam, quam alia in valore minor sequitur, & primam, quam antecedit una pluresve Notae cum Brevis tactum implentes. Vt.



Imperfecta *ἀνισωδιμετρῆς* est quae unicam alicui Notae depressionem solum, prout id ipsum in more & pro jure Mensura *ἀνισωδιμετρῆς* habet, assignat, sic & elevationem, si-ve id actu fiat, si-ve potestate. Actu assignatur Nota depressioni tactus, quando ejusmodi nota adest, quae depressioni solum competere potest, qualis est Brevis in Tripla maiore, vel Semibrevis in Tripla minore. Potestate vero assignatur quando plures minores, unius in valore ejusmodi majoris in valore vices sustinent. Vt cum duae Semibreves vel quatuor Minimae in locum Brevis in Tripla maiore, vel duae Minimae vel quatuor Semiminimae vel aliae in valore plures minores notae Semibrevis vices sustinent in Tripla minore. Idem intelligitur de elevatione tactus. Species habet in re veram unicam tam hanc, quam illa: propterea, quod utraque Mensura *ἀνισωδιμετρῆς* in valore tactus nihil habet altera ab altera discriminis. Verum quia variis utitur Notis ut Depressionis & Elevationis essentialibus & propriis, Species erunt plures una statuendae, prout usus eas surrogabit, Tripla videlicet, & Sesquialtera sive Hemiola.

Tripla est species Mensurae *ἀνισωδιμετρῆς* & duabus peculiaribus Notis non denigratis ut essentialibus utens, quarum altera Depressioni; altera Elevationi tactus annumeratur. Haec duplex est Major & Minor. Major

33

33

Actu & potestate  
depressioni  
tactus assignari  
99.

Tripla.